& de diuisis consortiatur honus
Ne procul aut ibidē sacros confunder& usus
constantinumerum sors dedit ampla loco

INNODIUS MESSALAE

Scio aequidē uos pro desiderio meo fuisse rerum tractatores sed aliud spes de sollicitudine uestra praeceperam. Nam & qualiter domnus deo praestante ualedixerit & qui uobis itineris ordo fuerit si mei memores essetis agnoueram. sed quid facio qui neglegentiam uestram nec suggerendo forma affectionis expugno. ergo si te xpo donante tribuerint spes nuptiales adflauerit ennodi memoriam. Non fugabis quando nulla sic ersit maior diligentia & prius amor exclusus est tantum a pectore tuo quantum ab oculis submouebor. sanus esto salua uita patris & fratris tui deus uobis benefaciat agnoscant quod parcat auditum qualemuis circa me exhibete ppositum unum te rogo honore salutationis exhibito ut apud domnos apostolos pro me digneris preces offerre ut ipsi miserias meas medicinaliter curent. Nec patiantur me quicquam uelle quod non decet castigent praesumptiones mentis & corporis quod si facias credo pro innocentia & puritate tua tenelius pro me quam si essem coram positus audiendum.

INNODIUS AURELIANO EPOS

Debeo aequidem dolori meo uocem sed reuerentiae uestrae taciturnitatē & forte melius merorem de abstinentia sermonis uestri loqueretur muta dissimulatio; urbanum enim & subtile erat ut hisdem lineis quibus in me delinquitur potioru delicta ferirentur ut secum heberet culpa uim dictam sed quo me uertam qui inmemorem mei & humilium notitiam respuentem pertinaciam amoris inrequi non desisto. Numquid non repudiati inportunitas mater horroris est cum placendi /. Nam quicquid mente fugimus infestum oculis uix uidemus. O si mihi liceret adhuc aequali cum beatitudine tua sorte contendere sed dormiunt apud coronam tuam propinquitatis priuilegia postquā pateres semeruisti retune quisquam hominum perire sius iura necessitudinis incrementis & adcessione piae dignitatis & generis diligentiae uincla dissolui. Ergo decutte uectionem meritum instabilem mihi esse rumore compertam & de communib; gaudiis adhuc pendere opinione contentum elictus sum cui bonum generale taceretur ut trem aurei saeculi solus pro conscientiae meae obscuritate nescirem.

/. per adsiduitatē desideriū materiā exigat displicendi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0408